

rinam optimè cōvenit afa scetida in *Colicà passione*, quam corrigit: Nam uti testatur odor, cōstat Θ vol. copioso admodum acri & penetrante; cujus ratione acidum in intestinis torminosum ac corrosivum, ut sic dicam, tēperat, emendat ac corrigit. Aliàs afa scetida assumpta cum oxymelite *Tussim persanat*, si v. assumatur cum ovo sorbili, ad *raucedinē* cōmendatur. Adhibetur etiā non inconvenienter in *pellendis mensibus & secundinis*, si sc. hauriatur cum pipere & Myrrha. Hoc n. modo multa facit in ∇ mulla, inprimis ad *pellendas secundinas & lochia*. vid. *WORMIUS in Museo* p. 325. Frequens ejus est usus in Indiis tā in alimētis quā medicamētis, utpote cum utantur illo in cōditura alimentorum: cōmendatur ad *appetitū dejectum & tollēdum fastidium, status discutiit & etiam in dolore dentium* cavernis eorum intruditur. ♀ *excitare dicitur* & in magno est pretio ap. Indos.

BALSAMUM.

Quod est r. verum, quod alias etiam vocatur BALSAMUM ÆGYPTIACUM (SYRIA. CUM. Cæterū de hoc balsamo, utut valdè cōmēdetur & decantetur ap. veteres, ad eō ut etiā Theriacā ingrediatur, lis est inter modernos, an detur verū Opobalsamum Syriacum hoc tempore? Multi negant, paucissimi affirmant. Quicquid sit, in nostris region. b. non datur amplius, unde facilè illi substituitur in cōfectione Theriacæ Cardamomum, alias de Balsamis vid. *DÖRING Medicus Wratlaviensis*, uti m. *WORMIUS in Museo*. Plura qui cupit, videre potest rerū exoticarum Indicarū scriptores.

BALSAMUM TOLUTANUM.

Quod est succus allatus ex India orientali balsamicus, uti habet AUCTOR. Rarum est apud nos, quoniam & pretiosum, & habemus Peruvianum, quod substituiimus, nec memini me legisse hoc præscriptum. Vid. AUCTOR.

OPOBALSAMUM INDICUM PERUVIANUM.

PERUVIANUM: ita dr. quod adfertur ex Provincia Peru Indiæ occidentalis. Cōmuniter vocatur BALSAMUM INDICUM (PERUVIANUM, quo nomine etiā præscribitur in officinis. Hujus *duæ sunt differentia*, quas subministrat AUCTOR, limpidū & crassū: LIMPIDUM est, quod exstillat ex Corticibus: CRASSUM, quod ex illis excoquitur. Limpidū est melius, posterius est ignobilius. Suffitū f. odorē habet elegantem, & quo gravior est suffitus, eō melius est balsamū; itē quo gravior & purius, eō melius, quia valdè adulteratur. Unde misceri solet cum aliis suffitib. odoris gratia: Est in frequenti usu, & nō ad eō charū uti reliqua balsama, sed bono & æquo pretio constat. Internè & externè adhibetur: Internè valdè operè convenit in *affectibus pulmonū*, in specie quidē in *phthisi*, si sit ex ulcere pulmonū quacunq; ex causa oborto. In tali Ulcere purificādo & cōsolidando multa facit hoc balsamum: Gutta una cū saccharo in pilulā redacta, & quotidie manè assumpta, tali in catu est egregia. Sunt qui miscent nō ineleganter cū balsamo Δ , vel in pilulas cū saccharo, l. additione copiosioris sacchari in formā pulv., in *phthisi*, ubi ulcus est purificandū & cōsolidandū. Unde RIVERIVS commendat has pilulas, ceu tales, quæ singularia præstant in *phthisi* & similibus affectib., non sine ratione. Compositio est hæc:

β . Mas. Pil. Ruffi ζj .

Antimonij Diaphoretici &

Gumm. Guajac. ana ζss .

c. Balsamo Zeruviano. fiat M'.

de qua capiatur $\mathcal{D}j$. per mensem integrū matutino tēpore:

Sunt elegātes Pilulæ, & credo, quod satis sint efficaces in cura *phthiseos*. Non minoris usus est hoc balsamū in *Asbmate*, in quo curādo egregias solet mōstrare efficacias. Ulterius mirè cōmendari solet à CHARLETON ad *Calculū*, uti videre potestis in *tr. de Spir. Gorgonio* p. 204. in quo egregiè prodesse dicitur. In *affectib. Vteri*: inprimis in *Vteri debilitate & sterilitate* cum aliis permixtus B. Peruvianus est egregius. Cæterum externè frequentius fere solet adhiberi quā intrinsecus. Singulare est *vulnerariū*, & cōmendat se ubiq; suavitate odoris, permiscetur cū balsamis & unguētis vulnerariis in *vulnerib. gravissimis* tā partium carnosarum, quā in *specie nervosarū*: singularis n. *vis nervina* cōsistit in Balsamo Peruviano, si v. adhibeatur solū, si v. mixtū cū Ol. hyperici, & cū Cerumine aurīū, & sic fit unguētū egregiū vulnerariū. Externè ulterius in *affectib. vetriculi* est egregiū officio applicatū, si v. solū sub forma unguētū cum Ol. Nucis Moschatæ vel expresso vel destill., si v. cū aliis in specie Emplastro de Ladano CRATONIS; vel in specie cum Emplastro de Tacamahaca. Formula elegans & multi usus D. MICHAEL est hæc:

β . Emplastri de Ladano Crollij.

Tacamachac an q. f.

Malaxantur cum q. f. Balsami Peruviani, fiatq; Emplastrū in forma usitata scuti stomachalis. Hoc Emplastrū est expertum in *vomitu, singultu, ac cholera*, & inprimis in *dolore vetriculi nimio*, & hujusmodi aliis stomachi affectib. Non minus etiā convenit in *affectib. intestinorū dolorificis*, uti etiā in *flatulentis* illitum extrinsecus Umbilico sistit *dolores & flatulentias* dissipat. In *dolorib. & tumorib. partium* est egregium balsamum Peruvianum, si scil. permisceatur cum sp. vini, & applicetur *partibus dolentib. & articulis affectis & tumulentib.* & nihil hac mixtura efficacius & melius esse dicitur. Specificum etiam est in *dolorib. artuum ex contusionib. & lesionibus nervorum* obortis teste THONERO in *Obs.* p. 203. In ossibus quoq; fractis permixtum cum aliis remediis ad *fracturam ossium* conducitur: est egregium, si applicetur super locum fracturæ; inprimis si miscetur cum Extracto Symphyti, & addatur pulv. ostiocalæ, egregium fit unguentum ad *ossium fracturam*. In *paralyti* ex *laxitate & nimia humiditate nervorū, tendinū, & ligamentorū* balsamum Peruvianum est singulare, si v. solum cum sp. vini imponatur, si v. cum sp. salviæ vel florum anthos, vel permisceatur cum Ol. lumbricorum terrestrium vel spir. lumbricorum terrestrium & formicarum, vel etiam Ol. destill. salviæ, & illinatur spinæ dorsi & partib. affectis, & sic egregium erit B. Peruvianum in *Paralyti*, & similib. affectibus. B. Peruvianum cōmodè substituitur Ol. destill. succini in affectib. capitis & nervorum. Hoc enim in *Apoplexia, affectib. capitis catarrhalibus, vertigine & similib. in unctum vetrici* est expertissimum: quoniā v. ratione odoris graveolētis est infestū, à quibusdam loco hujus substituitur B. Peruvianum, quod odoris suavitate satis se cōmendat, de quo vid. HENRICVS ab HEER, *Obs.* 17. Denique spinæ dorsi unctum vel etiam regionem stomachi, proficuum est in *rigoribus & horroribus febrium intermittentium*, in specie in *quartanis*, quæ ratione rigorum & percussionum est molesta satis. Sunt etiā, qui volunt in *intermittentib.* inprimis *quartanis* usurpare Balsamum Peruvianum, si scil. aliquot guttas in aqua febrifuga ante Patoxysmum assumant ægri. Cujus rei fides sit penes experientiam. In *vulnerib. nervorum*, quæ periculosa sunt præ aliis propter symptomatum catervam, præferendum simplicibus omnibus aliis in *vulneribus partium nervosarum* decantatis: Præparata vid. in AUCTORE.

BDELLIUM.

Quod est gummi vel lacryma ex arbore crescente in Asia media, Arabia & India orientali: Parum vel nihil, aliquantisper tn. fragrans albū & purum. De electione vid. AUCTOR. Usus rarioris est: Interno tn. solet cōmendari in *affectib. pectoris* pro tēperāda lymphā acidā & acri, quæ sæpius est auctor affectuū pectoris, *tussis, raucedinis & asbmatitis*. Specificæ sunt pilulæ de Bdelio in *fluxu nimio hamorrhoidū, ac fluxu nimio mensum*. Sic in *hamorrhoidū ac fluxu nimio mensū*. Sic in *hamorrhoidib.* multū cōmendatur tales pilulæ, si ζj . propinetur, potēter namq; fluxum inhibere nō nisi dicuntur, inprimis si accedat suffitus Bdelij receptus per anum. Videri potestis de hac efficacia pilularū d. Bdelio SOLENANDRVM scil. 4. *consil.* 20. FORESTVM li. 23. *obs.* 5. *Scholio*. Non minus quā RIVERIVM in *praxi* p. 51. qui omnes constanter asserunt, magnū illorū esse usum in *hamorrhoidib. nimis fluentibus*, quod ipsum etiam intelligi potest de *mensib. nimium fluentibus*. Ingreditur Emplastra *Nervina & Styptica*, ut vocant, in *vulnerib. recentib.* usitata. BENZOE